

14
 + .iii.
 get alibi dicitur est. Fili autem regum huius.
 ibunt in tenebras exteriores; hoc autem
 timuerunt. ut si omnes in christum crederent. ne
 morerentur. qui aduersus romanos ciui-
 tate dei templumque defenderent. quoniam contra
 ipsum templum et contra suas paternas leges
 doctrine trinitatis christi et sentiebant. **V**nde
 autem ex ipso caiphas nomine cum esset pon-
 tifice anni illius. dixit eis. Vos nescitis
 quicquam nec cogitatis. quia expedit
 nobis ut unus moriatur homo pro populo. et
 non tota gens pereat. hoc autem asensum ip-
 so non dixit. sed cum esset pontifex ante
 illius prophetauit. huc docuit etiam pro-
 pheta malos. prophetam spiritum futura predica-
 re. Quod tamen euangelista diuino tribuit
 sacramento. quia pontifex fuit. ut sum-
 mus sacerdos. Locet autem mouere quo
 modo dicatur pontifex anni illius. cum
 dominus statueret unum summum sacerdotem. cui
 mortuo unus succederet. Sed intelligenda
 sunt pambitiones et contentionis inter
 iudeos. postea constitutum ut plures es-
 sent pontifices. et singulis uicibus unus tra-
 deretur. Nam de zacharia hoc dicitur. Factum
 est autem cum sacerdotio fungeretur zachari-
 as in ordine uicis suae ante dominum. secundum con-
 suetudinem sacerdotum forte exiit ut incen-
 sum poneret. ingressus in templum dei. **H**inc
 apparet plures eos fuisse. et uicissim
 habuisse. Nam incensum non licebat po-
 nere nisi summo sacerdoti. et forte etiam
 unum annum plures administrabant.

quibus alio anno alii succedebant. ex quibus
 forte exiebat qui incensum poneret. Quid
 est et quod prophetauit caiphas quia ihesus mori-
 turus erat pro gente. et nunciamus pro gente.
 sed ut filios dei querere despicit congregare
 in unum. hoc euangelista addit. Nam
 caiphas desola iudeorum gente prophetauit.
 in qua erant oues de quibus ait ipse deus.
Non sum missus. nisi ad oues quae perierunt
 domus israel. Sed nouerat euangelista aliam
 ouem quae non erat ex hoc ouile. quas
 oportebat adduci ut essent in unum ouile
 et unum pastor. hanc autem secundum prophetiam
 tione dicitur. quia neque oues eius nec filii
 dei adhuc erant. qui nondum crederent.
A b illo ergo die cogitauit ut in se fierent ei.
I hesus ergo iam non in palatio ambulabat apud iu-
 deos. sed abiit in regionem iudeae de-
 sertam in ciuitate quae dicitur effron. et ibi
 morabatur cum discipulis suis. Non quia
 potentia eius defecerat in qua utique si uel
 lex et palatio cum iudeis conuerseretur
 et nihil ei facerent. sed in hominum uer-
 firmitate uiuendi exemplum discipulis
 donans trahat. In quo apparet non esse
 peccatum. si fideles eius qui sunt membra
 eius oculis persecutionum sese subtraherent.
 et furor secleratorum laetando
 potius delectarent. Sciebat ihesus tamen
 post adpropinquasse passionis suae. et
 redemptionis matris. Adpropinquante
 tempore in quo pacem disposuit. adpropin-
 quauit ille. et loco in quo eadem passio